

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

III. Pars.

Quid porro faciendum in tribulationibus?

1. Manus meas extendo ad Dominum, vt iuuet.
2. Requisiui Dominum, precibus ardentissimis. Vbi querelas nostras effudimus, rogandus Dominus, vt is o-
pem ferat, cum aliud auxilium non possumus sperare.
Jofaphat, 2. Par. 20. v. 12. Et hoc ipse Dominus requirit à
nobis passim. Me inuoca, Psalm 50. v. 15. Faciem meam
querite. Psal. 27. v. 8. Clamate ad Dominum, Joel. 1. Peti-
te, Matth. 7. v. 7.
3. Neque vero mox cessandum, sed etiam de nocte ex-
tendatur manus, sed de die non sentiamus auxilium. Hoc
illud est: indefinenter orandum, Luc. 18. v. 1. Et instandum,
Rom. 12. v. 13; Psal. 120. v. 1. & 121. v. 1.
Tum sequetur id, Esa. 65. v. 24. Ego audiam. Et Psalm.
50. v. 51. & 91. v. 15. Eripiam. Nec ultra vires, 1. Corinth. 10.
v. 13. Sic vincere poterimus, Rom. 8. v. 37. Fides victoria,
1. Joh. 5.

F I N I S.

THEMA LIX.

Psalm. 84. v. 11.

*Melior est dies vna in atris tuis quam alias mille, Elegi
ianua a sidere in domo Dei mei, quam diu viuere in sa-
bernaculis impiorum.*

DISPOSITIO.

Quoddam maximum fuerit Dauidis olim exulis desi-
derium, ex Psal. 27. v. 4. patet, vbi hoc vnum optat, vt pos-
sit in domo Domini videre cultus factos.

Hoc suum desiderium à Domino iam impletum, gra-
to animo agnoscit, & mirifice prædicat in hoc Psalmo,
ex quo hoc vnum tantum placet in præsentia tractare.
Quænam fuerit Dauidi: omnium gratissima habitatio,
aut conuersatio, vel delectatio in his tectis: de qua hic lo-
quitur:

quitur:

quitur, Et postea cuius nos etiam loci vel habitationis desiderio, maxime teneri debeamus, inde discemus, Deo nos benè iuuante.

I. PARTS

Initio sciendum, quando de habitatione, grata Dauidi, loquimur, illud non de loco domicilii intelligi debere. *Woder sein hauss oder Hoffhaltung/ Königlische Residens oder Hofflager gehabt.*

Habitauit quidem primis annis regni sui in Hebron, ex mandato Dei. 2. Sam. 2. v. 2. & septennio ibi commoratus est. Post verò concessit Hierosolimam, & in arca Sionis (quam Iebusitis eripuit & expugnauit, & postea ciuitatem Dauidis vocauit, 2. Sam. 5. v. 7. & 9.) habitauit. Ibi que sibi domum & sedem regiam ædificauit ad miniculo Regis Tyrri, Et habitauit in illa sede sua Regia annis 33.

At longe gratior ipsi est conuersatio siue habitatio in alio loco. Vbi nam?

Fortassis recreationis causa extra Regiam sibi ædificauit palatium aliquod, vt solent Reges & magnates, extruentes sibi, vel ornatus & magnificentia, vel delectationis causa talia splendida & magnifica, aut commoda & iucunda ædificia, vbi sese obiectare possint. *vff einem Lusthaus/ Zaughaus/ &c.* Nihil horum Dauid hoc loco refert, Sed delectatio illius *in atriis domus Domini.*

1. Intelligit tabernaculum illud sacrum, in quo cultus diuinus peragebatur, sacrificando, orando, canendo, & glorificando Deum. De quo 2. Sam. 7. vers. 2. sollicitus est, & Deo templum loco illius tabernaculi vult extruere. Erat autem illud tabernaculum à Deo sic ordinatum, & Mosis opera perfectum, loco templi ab exitu Israelis ex Ægypto vsque huc. Vide 2. Sam. 7. v. 6.

In hoc loco Dauid omnem suam delectationem habuit, cum sacra faceret Deo suo.

2. Hic se maiorem voluptatem capere vna die asserit, quam alibi in arce aut palatiis mille diebus. Et propterea

pterea alibi, Pſal. 26 v. 8. ſic ait; Dilexi locum habitationis tuæ, &c. Pſal. 122. verſ. . Latatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: *In domum Domini ibimus.*

3. Addit, malo ianuzæ aſſidere in domo Domini quam in aulis & palatiis impiorum Regum, vel aliorum magnatum diu verſari, & illuſtris eſſe.

Omnes mundanas delitias & omne genus voluptatis, faſtidit Dauid præ cultu ſacro.

Ratio. Quia in hoc loco Deus gratioſam ſuam præſentiam declarauit, ibi reſponſa dedit: Ibiq; ſe habitare velle, & benedicere inuocantibus Exod. 20. v. 24 promiſit.

Non itaq; ſine cauſa Dauid mauult eſſe hic cum Deo, quam alibi ſine Deo. Et recte quidem innuit, male ſe abiecto regio titulo ianitorum eſſe in tabernaculo, vt ſemper cum Deo & ſaluus eſſe poſſit, quam cum æternæ ſalutis iactura in aulis aliorum Regum & Principum primas tenere.

II. Pars.

Et hæc quidem Dauidis fuit vnica delectatio, in his terris, vt poſſit viuere & verſari iuxta tabernaculum Domini perpetuo, Pſal. 27. v. 4.

Deinde vero poſt hanc vitam, in altero ſeculo, optat viuere cum Deo, facie ad faciem (quem hic in ſpeculo vidit tantum, 1. Cor. 13.) De quo Pſal. 16 in fine, & 23. in fine.

In his duabus habitationibus etiam noſtrum debebat eſſe ſummum deſiderium, quo debebamus teneri in hac vita: vt hic & illic poſſemus eſſe beati. De his ordine iam ſecundo loco dicemus.

I. Vtinam autem primum idem deſiderium eſſet noſtrorum hominum, vt dicerent ex corde: *Ich will lieber in der Kirchen hiader der Thür ſitzen vund Predig hören, als bey d'r beſten Malzeit ſeyn auff einem Schloß.* Hic enim non minus quã olim in tabernaculo ſacro præſens Deus eſt cum omni ſua gratia. Matt. 18. v. 20. Vbi duo aut tres, &c. Hic audire vult preces & gemitus ſuorum & iurare. Ibidem verſ. 19.

N

Et

Et sicut olim Psal. 26. v. 7. in tabernaculo audita sunt vox cantantium & laudem dicentium: ita hic etiam. Sicut ibi videbantur sacra cum voluptate, Psal. 27. v. 4. ita hic non tantum videmus sacramenta administrari, sed possumus eorundem quoque fieri participes omni tempore, Dicendum itaque esset nobis, quam dilecta tabernacula tua Domine: &c.

At pauci delectantur sic in lege Domini, Psal. 1. v. 2. & vix quarta pars recipit semen illud, Luc. 8. v. 5. Malunt alii in diebus sedere aut viuere in caupona, quam vna die in templo.

Malunt illi ad ianuam cellæ vinariæ sedere, quam summum locum occupare in templo.

Ratio Quia non agnoscunt bona illa, quæ ex verbi Dei assidua meditatione, lectione, auditu proueniunt, vt sunt Fides saluifica: Consolationes in omnibus aduersis: de quibus Psal. 119. v. 91. & 72. & 50. Sed illorum Deus ventet. Finis interitus, Phil. 3. v. 9.

II. Sicut David eligit viuere in domo Domini, in his terris, quam versari in aulis Magnatum, & mauiit postea cum Deo viuere in cælo, quam manere in sede sua regia & magnifica, licet plenus gloria fuerit, 1. Paral. 30. r. 28. ita nos quoque eligamus viuere in domo Dei, quæ est in altera vita parata, quam in hac valle lacrymarum viuere in palatiis angustiis.

Vix gustata placent cæli commercia Petro Quid tunc æternum, quando fruemur, erit? Matth. 17. v. 4.

Plerique amant domos magnificas, & illas quacunque possunt ratione exornant, & inuicti ex illis discedunt. Sæpe modum excedunt, sicut qui habitauerunt in ædibus lapideis aut cedrinis, & lectis eburneis dormierunt. Amos 5. v. 11. & 6. v. 4.

At quid hæc omnia sunt, nisi tuguriolum mox destruendum? Cum omnia igni sint peritura, 2. Pet. 3. Esa. 66. v. 16. Et cum corpus ipsum, quod habitatione nobilius est, nihil sit nisi tabernaculum, 2. Pet. 1. v. 14. & domus lu-
tea

rea, Iob. 4. v. 19. quid de domiciliis istis perituris sentien-
dum? Stulti sunt igitur qui non eligunt habitare in domo
æterna, non manufacta, 2. Cor. 5. v. 1. vbi mansiones cœ-
lestes, Ioh. 14. v. 2.

Quin potius desideramus immigrare in illam domū,
vbi non dolor, non gemitus, Apocal. 21. v. 4. sed delecta-
ctio perpetua, Psalm. 16 in fine. Vbi non emigrandum,
sed perpetuo manendum, 1. Thess. 4. in fine: vbi non cul-
tus tantum videntur, sed Deus facie ad faciem, 1. Cor. 13,
vers. 12.

F I N I S.

THEMA LX.

Psal 88. v. 10. & 11.

*Facies mea præ aegritudine contabuit. Clamaui ad te
Domine tota die: expandi manus meas ad te.*

*Numquid inter mortuos facies mirabilia, aut mortui
surgent & consitebuntur tibi.*

D I S P O S I T I O.

Miseras & tribulationes Christianis esse cibum quo-
tidianum, recte dicitur, *Angst und Noth: ist der Christen
täglich Brot.* Hoc David cum omnibus sanctis expertus
est: qui lachrymas cibum suum vocat, Psal. 42. v. 4.

Ideoque tot extant Psalmi pleni querelarum, quibus
miseriam suam effundit coram Deo.

Talis etiam est hic Psalmus numero 88. qui totus qui-
dem refertus est acerbissimis querelis. Harum etiam par-
tem aliquam continent versus prælecti: In quibus tria
præcipue notanda erunt, quæ ad præsens institutum no-
strum (sumus enim in funeris deductione congregati)
non male accommodari poterunt: quia tales miseras
tandem sequitur mors, Syr. 40. quod & funis præsens te-
statur.

Primum autem querelam istam Psalms considerabim⁹.

N 2 2. Re-